



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Sancti Cyrilli Ad Clericos Et Lamponem Presbytervm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

80 VIGILIUS C. CONSTANTINOP. II. IUSTINIANVS
PAPA. IMP.

SANCTI CYRILLI AD CLERICOS
ET LAMPONEM PRESBYTERVM.
ANNO CHRISTI 555.

CVM apud Aeliam commorarer , vir aliquis ex his qui
Onobiliter militant in palatio , epistolam multorum
versuum & grandem obtulit mihi signatam, quam se dice-
bat accepisse ab Antiochenis orthodoxis. Subscriptiones
autem erant in ea plurimorum clericorum , & monacho-
rum , & laicorum. Accusabant autem orientales episco-
pos , quasi tacentes quidem Nestorii nomen , & dissimu-
lantes eum auersari , transilientes autem ad Theodori co-
dices de incarnatione factos, in quibus multo peiores Ne-
storii blasphemias positae sunt. Pater enim fuit Nestorii
perfidiæ , & illius mala locutus , impius in his factus est in
quibus modo est. Et scripsi quidem reuerendissimo epi-
scopo Antiocheno, vt Theodori impia dogmata in eccle-
sia nemo loquatur : accedens autem ad Alexandriam
reuerendissimus diaconus & archimandrita Maximus ,
plurima inclamauit in orientales , dicens orthodoxos nul-
lum ibi locum habere , nec fiduciam loquendi de recta fi-
de. Dixit vero , quod configunt quidem confiteri sym-
bolum expositum Nicæa a sanctis patribus , male autem
illud interpretantur : & adhortatus est me omnem expo-
sitionem Nicænae Synodi interpretari plane, vt non subri-
piant quidam alia pro aliis exponentes , quod & feci. Ha-
bet igitur tomos , vt offerantur & piissimis reginis , &
Christianissimo & piissimo domino. Feci enim in mem-
branis scribi tomum. Cum consilio igitur eius sicut bene
habere perspicatis , opportune offerte. Oportet enim nos
vndique pro recta fide certare , & exortam aduersus Chri-
stum impietatem , quantum possibile est , e medio expel-
lere festinare.

EIVSDEM SANCTI CYRILLI EPISTOLA
AD ACACIVM EPISCOPVM MELITENÆ.

*Scripsit vero eamdem ad Theodotum Ancyrae , & ad Firmum
Cæsareæ Cappadociae.*

NON oportebat latere sanctitatem tuam , aut forsitan
& cognouit , quod omnes orientales religiosissimi
epi-